

## Kleinere Mitteilungen.

### Ein Amulett-Text.

Von Erik Peterson.

In der Zeitschrift *Berytus* I (1934), p. 9, bemerkt Seyrig, daß es eine Reihe von Bronzeamuletten in Syrien gäbe, die auf der einen Seite den Reiterheiligen mit Nimbus zeigen, der einen Dämon niedersticht (zu diesem Amulett-Typus vergl. Peterson, *Εἰς θεός*, Göttingen 1926, p. 91 sq), auf der anderen Seite die Darstellung eines Kreuzes haben mit der Beischrift *ο κατοκο* "qu'il faut évidemment lire *ὁ κάτ(οι)κο(ς)* ou peut-être plutôt: *ὁ κατοικῶν* l'habitant. Ce habitant n'est autre que le cavalier, le protecteur mystique de la maison". Seyrig dachte bei dieser Deutung an die apotropäischen Inschriften vom Typus: *ἐνθάδε κατοικεῖ* (über diese s. Weinreich, *Arch. f. Religionswissenschaft* 1915, p. 8 s., und Peterson a. a. O., p. 54, Cr. 1, und Korrekturnachtrag p. VII). Ich glaube, daß die Textseite auf der Rückseite anders interpretiert werden muß, als Seyrig meinte. Das *ὁ κατοκο(ν) - ὁ κατοικῶν* ist nichts anderes als der Anfang des berühmten Schutzpsalms 90, 1 *Ὁ κατοικῶν ἐν βοήθειᾳ τοῦ ὑψίστου*. Über die Verwendung dieses Psalms in Schutzinschriften und Amuletten habe ich *Εἰς θεός* p. 91 f. gehandelt. Die Verwendung dieses Psalmanfanges mit der Darstellung des Reiterheiligen ist auch sonst bezeugt. Zur Verwendung von Psalmen auf (Papyrus) Amuletten s. zuletzt Collart in *Aegyptus* 1933, p. 208 sq.

### Zwei Autographe des Franz Suarez

#### über seine Lehrdifferenzen mit Ludwig Molina.

Von Friedrich Stegmüller.

An der Universität Coimbra mußten die Vorlesungen vom Februar 1599 bis Januar 1600 wegen der Pest ausfallen. Diese unfreiwilligen Ferien benützte Suarez, der seit 1597 dort Professor war, zu einer Reise nach Madrid, wohl um den Druck seiner *Opuscula theologica* zu fördern, die denn auch 1599 in Madrid erschienen. Suarez war bis zum 12. August 1599 in Madrid, kam am 15. August nach Ávila und blieb dort bis Ende September. In Ávila erhielt er am Mittag des 17. August einen Brief des Visitators der Provinz von Toledo, Esteban de Hojeda, dem drei Abhandlungen des P. Luis de Molina beigelegt waren. Suarez setzte sich

gleich daran und las sie durch. Weder Stil noch Inhalt dieser Abhandlungen fanden seinen Beifall. Seine Schreiber hatte er an diesem Mittag zu einer Lustbarkeit, vielleicht einem Stierkampf, geschickt. Um am andern Tag gleich weiterdiktieren zu können — er ergänzte in Avila seine Vorlesungen, die er in Coimbra 1597—99 de poenitentia gehalten hatte, um sie für den Druck fertigzumachen — schrieb er am gleichen Augustnachmittag einen Brief an den Visitator und ein Gutachten über die Abhandlungen Molinas.

Diese Autographe sind in der Universitätsbibliothek Granada, cod. C 68, fol. 429<sup>r/v</sup> und 430<sup>r</sup>—433<sup>v</sup> erhalten. R. de Scorraille, François Suarez I, 398 kannte den Adressaten, gab aber ein falsches Datum an; II, 44 kannte er den Adressaten nicht mehr, gab aber dafür das Datum richtig an.

Über die erste Abhandlung des Molina, die *Explicatio maior*, glaubt Suarez, kein Wort verlieren zu sollen. — Die zweite handelte *De concursu generali ad actus supernaturales*. Molina vertrat die Ansicht, der Wille, angeregt von der gratia praeveniens, brauche nur den concursus generalis naturalis et indifferens, um übernatürliche Akte setzen zu können. Suarez hingegen lehrte, daß dieser Concurs übernatürlich und determiniert sein müsse (A—M). — Die dritte Abhandlung Molinas galt der Frage nach dem physischen Prinzip der ersten übernatürlichen Akte, die noch nicht von einem übernatürlichen habitus ausgehen. Molina sah dieses physische Prinzip in der gratia excitans, Suarez dagegen sah in der gratia excitans nur ein moralisches Prinzip, und sah das physische Prinzip in der übernatürlichen Mitwirkung Gottes, die den noch nicht vorhandenen übernatürlichen habitus ersetze. Die ganze Episode ist ein Zeugnis für das ernste Wahrheitsstreben beider großen Theologen.

### 1. Franciscus Suarez Stephano de Hojeda S. J.

*Scripta Abulae die 17. Augusti 1599.*

*Granada, Biblioteca Universitaria C 68 [= W] f. 429<sup>r/v</sup>, autographa.*

Pax Christi. Esperé la de V. R. en Madrid hasta el jueves pasado 12 de este. Pero yo me hallava tan mal, que me determiné venirme aqui, porque alli ni estudiava, ni tenia dia de gusto, parte con unos deudos que me matavan por intercesiones, parte con tener mis escrivientes con incommodidad, y no poder hazer cosa de provecho. No me atreví a torcer el camino por temer la dificultad de la entrada de aqui, que con todo eso la tuve grande, y las malas noches que dos que pasé me maltrataron. Al fin llegué bueno y lo quedo y de asiento por ahora.

Y a Salamanca e embiado el cuarto tomo <sup>a)</sup>, parte para que se vea y parte para que se traslade. Y aqui lo voy perficcionando en lo que falta, porque deseo dexalle a punto antes de trasponer. Solo me resta para yr con consuelo despedirme en presencia de V. R., pero no veo buena traza. V. R. me avise si la puede aver, que aunque sea con algun

a) D. h. den 4. Band des Kommentars zur pars III. Er enthält die Vorlesungen der poenitentia, die Suarez 1597—99 in Coimbra gehalten hatte.

trabajo por mi no quedará. Pero si no fuese posible, no dexé V. R. de apuntarme en lo que repara de auxilio suficiente y efficaci, porque no me quietaré hasta entendolo.

E visto los papeles del Padre Molina. Aunque los recibí oy a mediodía, y e me hecho gran fuerza con acaballos de ver, porque el estilo y modo de dezir me fatiga grandemente. Y dellos él que tiene por titulo: *Explicatio maior* no tiene cosa nueva, ni me parece que tiene sustancia ni persuasion ninguna; y asi no tengo que dezir en él. — El otro tiene dos partes. La primera toca a lo *de concursu generali ad actus supernaturaliales*, en lo qual me descontenta grandemente, como apunto por letras brevemente en otro papel que con esta va. — La segunda toca a lo *de principio proximo et physico primorum actum supernaturalium qui ab habitibus non procedunt*. En el qual punto tengo por probable la opinion del Padre Molina, como en mi libro dixé; pero algunas cosas que aqui dice in [W 429<sup>v</sup>] defensionem y para soltar mis argumentos, me an parecido muy extraordinarias. Y me contento por prueba de mi sentencia que mis argumentos hagan decir semejantes cosas, como apuntaré en el dicho papel, si tengo tiempo. Pero ya van puestas letras, que harán luego reparar, y una o dos cosas no dexaré de apunallas. Supplico a V. R. los advierta, y que ese papel sea para V. R. solo. Et unusquisque abundet in suo sensu.

Holgaré mucho de ver la carta del Padre Bastida, y que V. R. me escriba las veces que pudiere mientras estuviéremos cerca. En los dos puntos que V. R. dice no se me dá nada, que allá se repare. Porque él *de aequali auxilio* ya V. R. dice que conviene. Pues esotro siento tan claro de S. Tomas y de todos los antiguos scholasticos y segun ellos y la verdad de S. Agustin. Poco importa que por una novedad fundada en sola apariencia y energia de palabras se repare en él. Y yo estoy cierto, que en Roma será bien recebido, y de gran importancia para que nuestra doctrina no se desdore. Y esto me movió a hazer fuerza en ese punto. Y suplico aún, le torne a considerar alguna vez, y pondere el capitulo que yo añadí respondiéndolo. Y advierto que los dos ordenes que yo pongo, tambien los ponen los otros, sino que en actos libres o efectos que dependen dellos no quieren que la intencion de Dios sea eficaz, porque se quitaria la libertad. El qual fundamento tengo por evidentemente falso y pernizioso, porque segun él ninguna cosa libre o que se aya de ganar por acto libre pueda Dios ordenar eficazmente, antes que vea el uso libre como futuro absolutamente. Y asi ni pudo elegir a nuestra Señora por madre eficazmente, hasta ver que lo merecia, et similia. Confieso a V. R. que tengo grande aprehension que nos importe, para no dar mal nombre a nuestra doctrina, ni deslizar en muchas cosas del modo de hablar de S. Agustin y de los santos y aún de la Scriptura, apoyar esta parte, que tan recebida a sido hasta agora en la iglesia. Y yo e visto ya fruto de ese libro, quanto a esto, etiam en esa Provincia. No puedo más. Guarde nuestro Señor a V. R. Avila y Agosto 17, 1599. Francisco Suarez.

La de V. R. me halló dezembarazado y sin escritientes una tarde, porque los avia embiado a un regozijo. Y asi, por no impedir otro dia el

curso de lo que desto, escreví luego la misma tarde ese papel de mi mano que le . . . rá a V.R. algo de leer. Pero por charidad, V.R. lo lea con atencion y specialmente . . . V. procuro satisfazer más a V.R. que al orden. Holgar me ya de aver acertado a de[termina]r. Y cierto no veo dificultad de momento, ultra de que esa opinion es antiquissima.

## 2. Franciscus Suarez. Notationes contra Ludovicum Molinam.

*Scripta Abulae die 17 Augusti 1599.*

*Granada, Bibliotheca Universitaria C 68 [= W] 430r/433v; autographae. [W 430r] Notationes breves. Circa primum punctum.*

A. Constat hoc esse falsum. Quia Deus ut causa universalis est causa per se actus credendi ut talis est. Quamvis enim Deus ex se posset aequè concurrere ad actum oppositum, cum ex se etiam esset ad id paratus, tamen hic et nunc postquam in hunc actum influit, ex influxu eius simul cum causa secunda habet talis actus quod sit actus fidei potius quam alius.

B. Idem hic dicendum censeo. Nam Deus ut causa universalis est causa per se actus supernaturalis ut talis est; quia Deus ut causa universalis est causa actus secundum totam rationem eius. Ergo actus ille est supernaturalis non solum propter concursum gratiae excitantis, sed etiam propter influxum Dei.

C. D. Haec *per accidens* valde displicet propter rationem tactam, quod Deus est causa per se. Item, quia non contingenter et casu concursus ille Dei fit supernaturalis, sed ex intentione et voluntate ipsius Dei applicantis suam potentiam ad hunc influxum praestandum si voluntas cooperari voluerit. Multa alia occurrunt, propter quae valde displicet illa doctrina et animadversione aliqua digna videtur; sed non possum immorari.

E. Ego existimo actus supernaturales licet secundum quandam univocationem dicantur [W 430v] sub una ratione esse a libero arbitrio et secundum aliam a gratia, tamen in re etiam habere quod supernaturales sint a libero arbitrio sic concurrente, i. e. ut elevato per auxilium gratiae. Tunc enim non agit proprie per naturales vires ut naturales sunt, sed ut sortiti sunt altiore rationem agendi, quia vires naturales ut sic nihil possunt ad actiones et effectus supernaturales. Sed de hoc alias.

F. G. Tota doctrina quae inter has duas litteras continetur valde displicet et sine probatione asseritur. Nam si aliqua insinuat, tam obscure proponitur, ut a me vix concipiatur. Ratio vero evidens (praeter insinuatam) contra illam est, quia concursus Dei ad singulos effectus debet esse proportionatus et eiusdem ordinis. Et talis offertur ab ipso Deo non per accidens, sed per se ex intentione sua, alioquin nullo modo posset ab illo prodire. Nec causa secunda seu voluntas humana habet aliquam causalitatem respectu influxus divini, ut illum qui per se talis non esset, possit per accidens supernaturalem reddere.

H. I. L. M. Rationes quae contra nostram sententiam hic insinuantur, frivola sunt. Nam licet Deus offerat determinatum concursum, non tamen per se sufficientem sine cooperatione causae secundae; et ita illius influxus necessarius est. Cur autem Deus non dicatur causa particularis,

ratio in promptu est, quia non limitatur ad hos vel illos effectus, sed in omnes influit, licet in singulis vere agat actione particulari distincta a reliquis. [W 431r] Quod est evidens, cum eius actio non sit alia ab actione causae secundae. Quomodo autem Deus offerat determinatum concursum salva nostra libertate, alibi a me explicatum est late, scilicet quia non offert concursum ad unum tantum actum sed ad varios, neque offerendo concursum determinat nostram voluntatem sed illi permittit determinationem non sine tali concursu. Denique eadem ratione non est nec dicitur Deus causa peccati, est tamen vera causa physica et per se totius actus et entitatis peccati.

I n s e c u n d o p u n c t o .

N. Hoc nobis imponitur. Expresse enim contrarium dicimus eodem loco. Declaramus tamen gratiam excitantem postea adiuvere et cooperari moraliter. Hoc autem dictum autor aut dissimulari voluit aut credidit id non sufficere ut talis gratia creata dicatur adiuvens et cooperans, quod tamen falsum plane est. Immo, quod attente notandum est, cum Augustinus loquitur de adiutorio gratiae, praecipuum opus ac negotium constituit in adiutorio morali; nam de physico non multum curat, ut late in discursu libri de auxiliis declaravi.

O. Hinc facile intelligitur hic locus Augustini et similia. Voluntas enim nostra adeo praeventa et praeparata est in proxima dispositione morali intrinseca, ut consentire possit si velit. Nam quod attinet [W 431v] ad principium physicum actionis, vel habet illud inhaerens si habeat habitus, vel habet illud paratum per specialem influxum Dei debitum secundum legem ordinariam homini sic vocato. Cetera quae hic dicuntur de aliis Patribus et Concilio Tridentino verba generalia sunt.

P. Etiam hoc nobis imponitur. Non enim negamus gratiam adiuvantem esse aliquid creatum, sed asserimus non semper sufficere principia creata adiuvantia, sed interdum necessarium esse aliquod principium physicum increatum, ubi creatum, quod est habitus, nondum infusum est aut praeintelligitur.

Q. Ea omnia quae sub hac littera dicuntur extra causam sunt. Pertinent enim solum ad alia quae nos obiter diximus, quamvis necessaria simpliciter non sint ad praesentem quaestionem; sunt tamen omnia probabilia, et facile id ostendi posset, sed non vacat.

R. In hoc saepe committitur aequivocatio, quia non distinguitur inter inclinationem physicam et moralem, et consequenter neque inter principium morale et physicum. Habitus enim inclinatur physico modo per modum cuiusdam ponderis connaturalis; at vero consilium inclinatur moraliter, sicut obiectum cognitum movetur moraliter ac metaphorice. Et ad hunc modum inclinatur gratia excitans, quae aut suavitatem praebet ex parte hominis, aut illustrationem ex parte obiecti. Non recte [W 432r] igitur fit collectio a simili ea inclinatione habitus, neque est vera generalis assumptio quae in illo discursu insinuat, omnem qualitatem vel actum qui inclinatur ad alium esse principium physicum ac per se illius. Alias actus appetitus sensitivi essent principia efficientia actuum voluntatis, quia ad illos inclinant.

S. Nova et singularis est haec sententia mihiq̄ue incredibilis. Quis enim credet inspirationes illas quibus Deus allicit peccatoris voluntatem ut eam trahat ad se super omnia diligendum, esse perfectiores essentialiter ipso Dei amore super omnia, propter quem obtinendum dantur, cum caritas sit perfectissimum donum supernaturale inter omnia quae in via infunduntur. Idem cum proportionem intelligitur de assensu fidei. Est enim sine dubio perfectior quam illustrationes illae quae ipsum antedunt. Praeterea hi actus sunt perfecte theologici, habentque nobilissima obiecta tam materialia quam formalia, et in modo suo sunt perfecti quia sunt efficaces et super omnia motiva naturalia, unusquisque in suo genere. Cur ergo credendum est illas motiones gratiae, quae antecedunt et ad illos ordinantur, esse perfectiores essentialiter, maxime cum id sine ulla ratione aut indicio probabili asseratur.

T. Hoc est etiam mirabile assertum, contra omnes quos ego viderim, et sine ulla ratione seu fundamento, quia hic non est alia ratio [W 432v] distinctionis nisi elici vel non elici ab habitu, quam solam non indicare differentiam essentialem certum est, nihilque est magis vulgare in metaphysica. — Deinde primus actus fidei, elicited ab eo qui antea non habeat habitum sed ad fidem convertitur, nititur in prima veritate et est tam certus quantum christiana fides requirit. Cur ergo fingemus esse specie distinctum aut essentialiter minus perfectum quam sit secundus vel tertius actus fidei? — Simileque argumentum fieri potest de amore super omnia vel contritione. — Denique Deus non exigit a nobis aliam fidem vel amorem cum convertimus, quam postea in toto vitae discursu, sed unum et eundem, ut et Scriptura et sancti simpliciter et univoce de his actibus loquuntur tamquam de uno et eodem amore vel fide.

V. Frivola est haec ratio. Quia ut actus sit meritorius non satis est ut sit in se ita perfectus quoad suam entitatem vel essentiam, sed necesse est ut procedat ab homine grato seu quod informetur gratia sanctificante. Unde d. Thomas de eadem contritione ait: ut antecedit infusionem gratiae ordine naturae non esse meritoriam, ut vero iam informatur illa, esse meritoriam gloriae. — Deinde: Sive illa prima contritio sit essentialiter minus perfecta sive non, tamen cum sit supernaturalis quoad substantiam, certum est, ex parte sua habere perfectionem essentialem sufficientem ad meritum si aliae conditiones concurrerent. Ergo idem dici potest optime etiam si sit essentialiter aequae perfecta. Quare ob rationem meriti [W 433r] necesse non est hos actus distinguere, immo videtur repugnantia in verbis dicere contritionem continuatam post primum instans iustificationis distinctam esse specie a seipsa in primo instanti iustificationis. Nam si est specie distincta, est novus et distinctus actus; quomodo ergo est continuatio aut distinctio a seipso? Quod si verba improprie posita sunt pro immediato transitu ab uno actu ad alium, certe hic ipse transitus est incredibilis, contra omnem experientiam et contra omnem modum operandi humanum, mutando scilicet actum sine nova aliqua advertentia, consideratione aut reflexione, et perseverando in priori actu per solum instans unum nostri temporis. — Aora me an mostrado un lugar de la Concordia disp. 44, in editione Antwerpiensi in disp. 46,

folio paenultimo paragrapho *illud postremo*, donde dize el autor todo lo contrario que aqui escribe. No sé si mudó opinion o se contradize; y no sé qual es peor.

X. Hic non solvitur nostrum dilemma. Nam si isti motus gratiae praevenientis sunt naturales quoad substantiam (ut est valde probabile, quidquid hic autor dicat), non possunt esse principia physica et conaturalia actuum liberorum supernaturalium. Si vero sunt etiam ipsi supernaturales quoad substantiam et fiunt a nostris potentiis (ut vere supponitur), certum est non posse ab illis fieri virtute tantum naturali earum, sed requiri aliquod principium supernaturale quo eleventur. Quaero ergo quod illud sit. Respondet hic autor et bene, esse Deum ipsum per suum immediatum et supernaturalem ac particularem influxum. Hic igitur ego interrogo, cur non poterit idem dici de primo actu fidei vel contritionis aut amoris super omnia. Nulla profecto ratio differentiae affertur, et necessitas est eadem quae est meum [W 433v] fundamentum in hac materia. Nam hi actus primi non possunt effective procedere ab habitibus qui ratione illorum infunduntur, ut alibi late probamus et dictus autor admittit. Neque etiam possunt elici ab aliis qualitatibus transeuntibus qui non sint actus vitales; nam hae nullae sunt, ut ibidem probavi et videtur etiam hic autor supponere. Neque etiam possunt effective fieri ab actibus vitalibus gratiae praevenientis seu excitantis, ut rationes hic relatae et non recte solutae videntur demonstrare, praesertim quia in ordine supernaturali sunt illi actus valde imperfecti comparatione aliorum. Ergo supplet Deus per se efficientiam habitus, quia non potest aliud principium excogitari. Quod non est inconveniens, cum illa sit tantum physica causalitas, et ut sic non sit vitalis nec necessario esse debeat a principio intrinseco inhaerente, et alioquin potentiae supponantur praeparatae per gratiam excitantem et moraliter adjuvantem ad huiusmodi elevationem, quam praeparationem non habent respectu ipsorum motuum gratiae excitantis.

Y. Considerentur verba Augustini ibidem paulo antea citatae, et facile intelligetur, ad summum colligi moralem motionem, efficientiam seu adiutorium.

Z. Hoc profecto impossibile est, quia sola illustratio intellectus quaecumque illa sit, non potest supplere improprietatem quam voluntas in se habet ad eliciendum supernaturalem amorem. Quidquid enim sit de concursu obiecti cogniti vel cognitionis, ad amorem requiruntur sufficientes vires ex parte appetitus, et has non habet voluntas ex se ad amorem supernaturalem eorum, nisi Deus per habitum vel alio modo illas suppleat; non sufficit visio.